



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

95. Adhærentes terræ exemptæ, an exempti censeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUESTIO XCIV.

Trahens exemptum coram ordinario, an debeat cadere suo jure,

SUMMARIUM.

1. Vocans clericum coram laico, cadit suo jure.
2. Vocans aliquem coram diversis iudicibus
3. Pœna privationis non est extendenda.

Occasionem hujus questionis præbuit analogia clericorum & exemptorum, de qua hæcenus sæpe *quæst. 45. n. 5.* Vocans enim clericum coram iudice laico cadit suo jure *cap. si diligenti ubi DD. de foro comp. Auth. statuimus C. de Episcop. & cler. Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 11. num. 2. Carocius sing. 272. ut & is secundum quosdam qui trahit aliquem coram diversis iudicibus Dyn. sing. 119. Gaill. lib. 1. obs. 32. numer. 6. & 7. Fel. cap. ex tenore num. 4. de rescrip. late doctor Maria. de iurisdict. Eccl. & facul. par. 4. cent. 2. casu 126. per tot. Unde idem videbatur hoc in casu decernendum, cum æquiparatorum eadem sit ratio, dispositumque in uno videatur etiam dispositum in alio *v. supra lib. 4. quæst. 54. num. 4. uti in extensione pœnarum tradit Iason. §. quadrupl. n. 6. in ff. de act.**

Vicuntamen contrarium respondendum est. Quippè privare aliquem suo jure aut actione est pœna *l. si quis maior C. de transact.* Quam ad exemptionum materiam (quæ restringenda est *dixi li. 1. q. 4.*) extendere non debemus, privationis enim pœna à lege dependet quam si non imponit, nec nos imponere demus *glo. c. fin. de iur. e. patr. late Marcus Anton. peregrinus de fideicommissis art. 3. numer. 83.* Et ubi scimus sine lege loqui *§. consideremus Auth. de triente & semisse l. illam in fin. C. de collat. & ita hæc in facti specie Andreæ Barbatia fuit visum in add. ad Abb. c. significasti n. 19. in verb. dicit tamen glo. de foro compet.*

QUESTIO XCV.

Adhærentes terræ exemptæ, an exempti censeantur.

Hæc quæstio de rationem habet ex eis quæ alibi à nobis condita sunt *li. 1. qu. 30.* dum ditquevimus, an exemptio extendatur ad familiares exemptorum, quibus per appendicem adjici poterunt quæ de adhærentibus ab Abbate notata sunt in *cap. 1. n. 30. ubi Apostil. de postulat. Pralat.*

Ddd

QV AE-